

in rem presentem animadvertit de hoc Zacharia, Paraphrastes Chaldaeorum in Threnis Jeremia patrem illi tribuere *Hido*; inò in primo Paralipomenon 6, 9, est *Johanam*, qui hic Joiada appellatur. Azarias hic legitur apud Septuaginta pro Zacharia.

Nequidquam tamen rationibus hisce et testimoniis repugnantibus, fatendum est, rem esse planè incertissimam, utrum Zacharias lapidibus jussu Joas confectus idem sit vir, de quo Jesus Christus, uti nos in S. Mattheum demonstrabimus. Porrò ex duobus, quas exhibet Jesus Christus, quibus Zacharias hic distinguatur, notis, nulla hic occurrit, quia et contraria omnia videntur. Zacharias hic noster summo sacerdotio potiebatur, ex Joiada parente natus, necque traditus in atrio domus Domini, et forè in atrio populi, quà processerat populum allocuturus, atque exprobraturus idololatram (1); Zacharias verò, de quo in Evangelio, nunquam pontifex fuisse dicitur: patrem habuit Barachiam, ac neci traditus est inter templum, seu vestibulum, et altare holocaustorum, id est, ad occidentem altaris holocaustorum. (2)

(1) Vers. 20: *Stetit in conspectu populi.* Hebr. וַיִּשְׁתָּהּ בְּעֵינֵי הָעָם, *Stetit supra populum*: illum è sublimi loco allocutus est; egressus ab atrio Sacerdotum, vel citius stans in gradibus vestibuli ejus atrii, ex quo in atrium Israelis descensus erat.

(2) Vers. 22. — Qui (Zacharias) cum moreretur, ait: Videat Dominus et requirat. Videat, scilicet meam innocentiam et probitatem, quæ ex officio meo (erat enim pontifex) regem idola colentem reprehendo. Videat pariter regis impietatem et ingratitude, quæ me filium Joiadæ pontificis, et avunculi sui, cui vitam et regnum debet, ingratis, injustè et impie interficit. Et requirat, ut meam necem tantaque scelera justo iudicio puniat et ultionem. Dixit hoc Zacharias ex zelo justitiæ, qui fuit spiritus Elie et veteris Testamenti. At in novo Christus et Apostoli à Judeis occisi non vindictam, sed veniam à Deo occisoribus precabantur. Unde Christus in cruce: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, Matth. 27, et S. Stephanus, cum lapidaretur, ut hic Zacharias: Domine, inquit, ne status illis hoc peccatum, Actor. 7.

Exaudivit Deus orationem Zachariæ; unde Joas et Judæos multipliciter punivit: nam primò, ut sequitur, anno proxime sequenti Hazael rex Syriæ cum paucis copiis inmensam Judæorum multitudinem occidit, ac thesauros templi aquè ac palatii regii in Syriam abripuit. Secundò, in Joas regem ignominiosa exercent iudicia, ut dicitur v. 24, exprobrans illi suam ingratitude et perfidiam, ac probris variisque ignominias, atque ut videtur, plagis em afficiens, qualibus Sedeciam perfidum affecti Nabuchodonosor, 4 Reg. 25. Tertio, ex hisce probris et plagis, ac ex novâ Dei

VERS. 25. — ASCENDIT CONTRA EUM EXERCITUS SYRIÆ (1). Legimus in quarto Regum 13, 17, Hazael regem Syriæ copias duxisse in He-

castigatione Joas incidit in morbum gravem, qui ei dolores et languores magnos creavit, vers. 25. Quarto, servi ejus contra eum conjurarunt, eumque decumbentem in lecto clararunt in domo Mello, quæ vicina erat palatio. Addit Joseph. hos conjuratos fuisse amicos Zachariæ, unde vers. 25 hic dicitur eum occidisse in ultionem sanguinis Zachariæ, filii Joiadæ. Denique S. Hier., S. Thom., Abulens., Jansen., Maldon., Barradius et alii censent hunc esse Zachariam, cujus necem Judæi exprobrat Christus, eisque excidium minatur dicens: *Ut veniat super vos omnis sanguis, etc., à sanguine Abel just usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiam, quem occidistis inter templum et altare*, Matth. 23, vide ibi dicta. Denique ob templum eadè et sanguine hujus Zachariæ pollutum, deinceps defecisse in templo oracula et responsa divina, tradit S. Epiph. in vitâ Zachariæ, et ex eo Genebr. in Chronol.

(Corn. à Lap.)

(1) 4 Reg. 13, v. 17, dicitur: *Ascendit Hazael rex Syriæ*, utique flagellum Dei ad puniendâ scelera regis Joas et populi Judæici. Nam à morte Joiadæ pontificis, qui quamdâ viuit regem in officio continebat, perditis consiliariorum suorum susceptionibus in transversum actus rex Joas, primò ad idola delinxi, coluntique quæ ante destruxerat; secundò Zachariam filium Joiadæ avunculi sui, cui post Deum, cui debebat et regnum et vitam, cum ob tam foedum idololatriæ scelus tam regem quam principes (uti summum debebat pontificem) acriter reprehenderet, in ipso sacerdoti atrio templi jussit lapidibus obrui; sed, in mox divinam vindictam: vix annis ab occisio Zachariæ pontificis lapsus erat, cum adest Hazael Syriæ rex, qui exiguis copiis infinitam penè Judæorum multitudinem concidit et prosternit, omninoque thesauros tam templi, tum regii palatii in Syriam abripit, et in Joas ignominiosa exercent iudicia, ut post in Sedeciam Nabuchodonosor 4 Regum 25, nempe acriter et probris increpando de ingratitude, et perfidiâ, de animi villitate. Neque ibi stat matrem: rex acerbissimo mox corporis dolore cruciatur, lecto affligitur, in regem insurgunt et conjurant servi, decumbentem in lecto trucidant in domo Mello: vicina hæc erat palatio, constructa à Salomone pro filiâ Pharaonis, jam fortè regio palatio adjuncta. Vide 3 Regum 9, vers. 24, et cap. 11, vers. 27. Josephus hos conjuratos dicit amicos fuisse Zachariæ, quod probabile facit illud hic v. 25, quo qui in regem insurrexerunt, dicitur insurrexisse in ultionem sanguinis Zachariæ filii Joiadæ; sanctus Hieronymus putat hunc Zachariam illum esse, de quo Christus Matthæi 23, dicit, occisum fuisse à Judeis inter templum et altare. S. Hieronymus sequuntur D. Thom., Albertus, Major, Abulensis, Gagnæus, Jansenius, Salmeron, Maldonatus, Barradius et quidam alii. Sed non minis probabile est, Christum alluisse ad alterum Zachariam, qui in minorum prophetarum catalogo undecimus numeratur. (Tirinus.)

rosolytam; quem ut ab incepto removeret Joas, coactum fuisse templum et regium reparari exilare. Creduntur tamen Syri vertente anno redisse adversus Joas; quibus cum ille armis resistere conaretur, commisso prælio, ingenti suorum clade victum recessisse. In hanc expeditionem per se non venerat rex Syriæ, missaque adversus Joas copie minores erant agmine Judæorum; sed Deus hostium manibus populum suum permisit. Ditissima planè spolia retulerant Syri, quæ miserunt ad Hazael: *Untersam prædam miserunt regi in Damascum*. Spoliis addiderunt facili captivos principes Juda, quos illum nec tradidisse hic legitimus: *Interfecit cunctos principes populi*.

VERS. 24. — IN JOAS QUORUM TERNOSIOSA EXERCERE JUDICIA. Hebræus legit solum: *Cum Joas fecerunt iudicia*. Quemadmodum Nabuchodonosor, 4 Reg. 25, 6, locus est cum Sedeciam iudicium; accusavit Sedeciam, et reum tenuit perduellionis. Credibile est, Joas anno superior fidem suam obligasse regi Syriæ, nec ea quæ spondederat reddidisse. Hinc alterum ex altero bellum reparatum est, eadem Joas infelicissimum. Auctor Traditionum Hebraicarum in Paralipomena confidenter assertit, Syros coram patre trucidasse ejus filios, exprobrantes interim iniquam Zachariæ necem. Ex progressu historiae intelligimus, Syros variis supplicis affecisse miserum regem; *abentes enim dimiserunt eum in languoribus magnis*.

VERS. 25. — IN ULTIONEM SANGUINIS FILII JOIADÆ. Hebræus: *Filiorum Joiadæ*. Neci traditis ab illo fratres Zachariæ, metu ne quid ultionis molirentur, docent quidam. Sed præstat, filios Joiadæ positos hic dicere pro filio Joiadæ, licentiâ cujuslibet sermonis usitatâ.

SED NON IN SEPULCRIS REGUM. Ita post mortem puniebantur principes, qui vitam egerant vituperandam. Ultionem suam exercebat populus in defunctos, quam in vivos regia auctoritas et potentia exerceri non patiebatur. Describuntur in Itinerariis (1) sepulcra regum Juda, tanquam ædificia admiratione et prodigio di-

(1) Vide Douban cap. 26, et Morizon, *Voyage de Jérusalem*; eorumque ichnographiam in Tractatu Italico curato à R. P. Bernardo Amico Galipollano, qui inscribitur: *Trattato delle piante et immagini de' sacri edifici di Terra Santa*, cap. 46, 47.

#### CAPUT XXV.

1. Viginthi quinque annorum erat Amasias, cum regnare coepisset, et viginthi

gna. Excisa sunt in rupe, eorumque fores artis miraculum exhibent. Sex pedibus ex humo surgunt, duos latitudine superant, et bis tertium pedis partem habent crassitie. Nihil in illis desideres eorum quæ ad operis ornamentum et elegantiam peritissimus architectus conferret, tympana, toreumata; omnia verò ex eodem lapide sunt, uti et postes, in quibus cardines vertuntur. Positæ sunt autem eâ industriâ, ut vix mente assequi quis possit, quâ ratione duo cardines, quorum singuli duobus pollicibus altitudinem portæ excedunt, suis forulis inseri adeò accuratè potuerint, ut cavitationem totam justè replant. Fores ex unico sunt marmore, atque excisum superius foramen et inferius alterum alteri respondens; ex eadem rupe utrumque sunt. Nec desunt qui fores ipsas eadem in rupe, ac reliqua, expressa asserant: quod vix mente concipiunt. Cellæ, in quibus posita cadavera conduntur, in lapide excisæ, latæ sunt, spatiosæ, et nihilò minoris quàm reliqua omnia perfectionis.

VERS. 26. — ZARAD FILIUS SEMMATH, aliter 4 Reg. 12, 21: *Josach filius Semuath*.

VERS. 27. — SUMMA PECUNIE QUÆ ADUNATA FUERAT SUB EO, ad sarta tecta templi. Ita Vatabl., Castal. Vel, ex Hebræo: *Grande omnia, quod illi impositum fuit*. Designatur faciliè tributum à Syris imperatum (1); vel graves illæ minæ, et mala Dei nomine regi denuntiata (2); vel ingentia illa tributa, quæ Joas subjectis sibi gentibus imposuit. Septuaginta aliter legerunt: *Et filii ejus omnes, et accesserunt ei quinque*.

IN LIBRO REGUM. Hebræus: *In perquisitionibus libri Regum*. Occurrit superfluis, 15, 22, liber prophetæ Addo, inscriptus *Midasch*, vel Perquisitiones. Scripta hæc intercederunt, nec supersunt nisi quædam quædam, in libris Regum et Paralipomenon servata: sed illa consules Eadras videtur. Porrò idem illis fatum contigit, quod eximius quamplurimis monumentis, ut epitome ex illis confectæ ad interitum opera ipsa urgent. Id autem facillimè fieri poterat eâ zelate, quâ rari erant scriptores, et libri rarissimi.

(1) Vide v. 25, 24, et 4 Reg. 12, 18. Ita Jun., Pisc., Mariana.

(2) מַנְיָה, omnia, frequenter de vaticiniis gravibus et injucundis usurpatur.

#### CHAPITRE XXV.

1. Amasias avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença de régner; et il en régna vingt-



novem annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Joadan de Jerusalem.

2. Feecitque bonum in conspectu Domini, verumtamen non in corde perfecto.

3. Cumque roboratus sibi videret imperium, jugulavit servos, qui occiderant regem patrem suum,

4. Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in libro legis Moysi, ubi precepit Dominus, dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed unusquisque in suo peccato morietur.

5. Congregavit igitur Amasias Judam, et constituit eos per familias, tribunosque et centuriones in universo Juda et Benjamin: et recensuit à viginti annis et supra, invenitque trecenta millia juvenum, qui egrederentur ad pugnam, et tenerent hastam et clypeum.

6. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.

7. Venit autem homo Dei ad illum, et ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel et cunctis filiis Ephraim:

8. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est adjuvare, et in fugam convertere.

9. Dixitque Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quas dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus unde tibi dare possit multò his plura.

10. Separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim, ut revertetur in locum suum: at illi contra Judam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam.

11. Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, et abiit in vallem Salinarum, percussitque filios Seir decem millia.

12. Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, et adduxerunt ad præruptum cujusdam petrae, præcipitaveruntque eos de summo in præceps, qui inversi creperunt.

neuf à Jérusalem. Sa mère s'appelait Joadan, elle était de Jérusalem.

2. Il fit le bien en la présence du Seigneur, mais non pas d'un cœur parfait.

3. Lorsqu'il vit son empire affermi, il fit mourir les serviteurs qui avaient tué le roi son père;

4. Mais il ne fit point mourir leurs enfants, comme il est écrit dans le livre de la loi de Moïse, où le Seigneur a ordonné, disant: Les pères ne seront point mis à mort pour les enfants, ni les enfants pour les pères; mais chacun mourra pour son propre péché.

5. Amasias assembla donc Juda, et les distribua par familles, et établit des tribuns et des centeniers dans toute l'étendue de Juda et de Benjamin; et dans le dénombrement qu'il en fit, depuis l'âge de vingt ans et au-dessus, il trouva trois cent mille jeunes hommes, qui pouvaient aller à la guerre, et porter la lance et le bouclier.

6. Il prit aussi à sa solde cent mille hommes robustes du royaume d'Israël, pour cent talents d'argent.

7. Mais un homme de Dieu vint à lui, et lui dit: O roi, ne souffrez point que l'armée d'Israël marche avec vous; car Dieu n'est point avec Israël, ni avec aucun des enfants d'Ephraïm.

8. Que si vous vous imaginez que le succès de la guerre dépende de la force de l'armée, Dieu fera que vous serez vaincu par vos ennemis; car c'est de Dieu que vient le secours, et c'est lui qui met en fuite.

9. Amasias répondit à l'homme de Dieu: Que deviendront donc les cent talents que j'ai donnés aux soldats d'Israël? Et le prophète répliqua: Dieu est assez riche pour vous en rendre beaucoup davantage.

10. Ainsi Amasias sépara l'armée qui lui était venue d'Ephraïm, et la renvoya chez eux. Ces troupes s'en retournerent chez elles, mais étrangement irritées contre Juda.

11. Amasias plein de confiance fit marcher son peuple, et se rendit dans la vallée des Salines, où il défit dix mille des enfants de Seïr (c'est-à-dire, des Iduméens).

12. Les fils de Juda firent aussi dix mille prisonniers; ils les menèrent sur la pointe d'un rocher, et les précipitèrent du haut en bas, de sorte qu'ils furent tous brisés.

3. At ille exercitus, quem remisera Amasias ne secum iret ad prælium, diffusus est in civitatibus Juda, à Samariâ usque ad Bethoron, et interfecit tribus millibus diripuit prædam magnam.

14. Amasias verò post eadem Idumæorum et allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, et adorabat eos, et illis adolebat incensum.

15. Quamobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adorasti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tuâ?

16. Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei: Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta: Scio, inquit, quòd cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, et insuper non acquievisisti consilio meo.

17. Igitur Amasias rex Juda, inito pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu, regem Israel, dicens: Veni, videamus nos mutuò.

18. At ille remisit nuntios, dicens: Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum Libani dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem: et ecce bestia quæ erant in sylvâ Libani, transierunt, et conculcaverunt carduum.

19. Dixisti: Percussi Edom, et ideirò erigitur cor tuum in superbiam: sede in domo tuâ: cur malum adversum te provocas, ut cadas et tu, et Juda tecum?

20. Noluit audire Amasias, eò quòd Domini esset voluntas, ut traderetur in manus hostium propter deos Edom.

21. Ascendit igitur Joas rex Israel, et mutuos sibi præbnuere conspectus: Amasias autem rex Juda erat in Bethsames Juda:

22. Corruitque Juda coram Israel, et fugit in tabernacula sua.

23. Porrò Amasiam regem Juda, filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex Israel in Bethsames, et adduxit in Jerusalem, destruxitque murum ejus à portâ Ephraim usque ad portam Anguli, quadringentis cubitis.

13. Mais l'armée qu'Amasias avait congédiée afin qu'elle ne vint point à la guerre avec lui, se répandit par toutes les villes de Juda, depuis Samarie jusqu'à Bethoron; et après avoir défait trois mille hommes, elle fit un grand butin.

14. Cependant Amasias, après avoir taillé en pièces les Iduméens, et avoir emporté les dieux des enfants de Seïr, en fit ses propres dieux, les adora, et leur offrit de l'encens.

15. Cette action irrita le Seigneur contre Amasias; et il lui envoya un prophète, pour lui dire: Pourquoi avez-vous adoré des dieux qui n'ont pu délivrer leur peuple de vos mains?

16. Comme le prophète parlait ainsi, Amasias répondit: Êtes-vous conseiller du roi? Taisez-vous, de peur que je ne vous fasse mourir. Alors le prophète se retirant, dit: Je sais que Dieu a résolu de vous perdre, parce que vous avez commis ce grand crime, et que de plus vous n'avez pas voulu vous rendre à mes avis.

17. Amasias, roi de Juda, prit donc une malheureuse résolution, et envoya des ambassadeurs à Joas, fils de Joachaz, fils de Jehu, roi d'Israël, disant: Venez, et voyons-nous l'un l'autre les armes à la main.

18. Sur quoi Joas lui fit cette réponse par ses ambassadeurs: Le chardon qui est sur le mont Liban envoya vers le cèdre du Liban, et lui dit: Donnez votre fille en mariage à mon fils. Et voilà que les bêtes qui étaient dans la forêt du Liban, passèrent et foulèrent aux pieds le chardon.

19. Vous avez dit: J'ai défait Edom; et votre cœur s'est enflé d'orgueil de ce succès. Demeurez chez vous en paix; pourquoi provoquez-vous votre malheur, pour périr, vous et Juda avec vous?

20. Amasias ne voulut point l'écouter, parce que le Seigneur avait résolu de le livrer entre les mains de ses ennemis, à cause des dieux d'Edom qu'il avait adorés.

21. Joas, roi d'Israël, s'avança donc; et les deux armées se mirent en présence. Amasias, roi de Juda, était à Bethsamés en Juda.

22. Et Juda tomba devant Israël, et s'enfuit dans ses tentes.

23. Enfin Joas, roi d'Israël, prit Amasias, roi de Juda, fils de Joas, fils de Joachaz, dans Bethsamés, et l'emmena à Jérusalem, et fit abattre quatre cents coudees des murailles de cette ville, depuis la porte d'Ephraïm jusqu'à la porte de l'Angle.



24. Omne quoque aurum, et argentum, et universa vasa, quae repererat in domo Dei, et apud Obbededom, in thesauris etiam domus regis, necnon et filios obsidum reduxit in Samariam.

25. Vixit autem Amasias filius Joas rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israel, quindecim annis.

26. Reliqua autem sermonum Amasiae priorum et novissimorum, scripta sunt in libro regum Juda et Israel.

27. Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cumque fugisset in Lachis, miserunt et interfecerunt eum ibi.

28. Reportantesque super equos, sepeierunt eum cum patribus suis in civitate David.

## COMMENTARIUM.

VERS. 2. — FEIGIT BONUM IN CONSPPECTU DOMINI: VERUMTAMEN NON IN CORDE PERFECTO; animo sincero, pleno. Septuag. : *Ὁς ἐν καρδίᾳ πείσθη*. Deum omni mentis sollicitudine non quaesivit; fidem habuit nec satis constantem, nec diuturnam: quam statim amplexus est pietatem, brevi deseruit.

VERS. 5. — CONSTITUIT EOS PER FAMILIAS, TRIBUNOSQUE ET CENTURIONES. Cum subditi omnes, armis idonei, milites principis censerentur, res utique posebat, ut census haberentur per familias, et à duobus ex unaquaque familia datis regerentur. Milites omnes mutuo inter se sanguinis, necessitudinis, amicitiae, consuetudinis vinculo jungebantur, de singulorum salute solliciti: parebant ducei, qui plene norat uniuscujusque nomen, familiam, dotes, patriam, res, facultates. Quare ii exercitus validi viri nexu inter se colligebantur quam nostri.

VERS. 6. — MERCEDE CONDUKIT CENTUM MILLIA ROBUSTIORUM CENTUM TALENTIS ARGENTI. Cedebant haec in commodum regis, qui subditos vendebat Amasie. Duces et milites perinde erant ac servi principis, qui illorum usum aliis concedebat, nullo militum compendio, nisi si quam retulissent ex hostibus praedam; haec enim inter illos aequè distribuebatur. Centum haec argenti talenta reddunt quadringenta octoginta sex millia, septingentas decem et octo libras, solidos quindecim. Non levi se hic Amasias errore obstrinxit, federe se jungens cum rege Israelis, ejusque copias conducens; norat enim, Dominum foedera cum Israele jam tunc

24. Il emporta même à Samarie tout l'or et l'argent, et tous les vases qu'il trouva dans la maison de Dieu, chez les descendants d'Obédédôm, et dans les trésors du palais royal. Il ramena aussi à Samarie les fils de ceux qui étaient en otage.

25. Amasias, fils de Joas, roi de Juda, vécut quinze ans après la mort de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël.

26. Le reste des actions d'Amasias, tant les premières que les dernières, est écrit dans le livre des rois de Juda et d'Israël.

27. Après qu'Amasias eut abandonné le Seigneur, il se fit une conspiration contre lui dans Jérusalem; et comme il se fut enfui à Lachis, les conjurés y envoyèrent, et l'y firent assassiner.

28. Et on le rapporta sur des chevaux, et on l'ensevelit avec ses ancêtres dans la ville de David.

improbasse, cum regnum illud in impietatem declinaverat; ac didicisse tandem oportuit, omnem sibi in Deo fiduciam esse collocandam.

VERS. 7. — VENIT HOMO DEI AD ILIUM (1). (1) Propheta à Deo missus, Hebraei in Seder Olam tradunt prophetam hunc fuisse Amos, qui erat frater Amasie regis et pater Isabe prophetae, idque probat ex Isai. 57, 2, ubi S. Hieron. legit: *Ad Isaiam filium Amos prophetae*, siquae olim legebatur, licet jam Hebr. Septuag. et Roman. constanter legant: *Ad Isaiam filium Amos prophetae*.

O REX! NE EGREDIATOR TECUM EXERCITUS ISRAEL: NON ENIM EST DOMINUS CUM ISRAEL, utpote hostibus suis, et idola, puta vitulos aureos colentibus. Dicant hic reges et principes christiani non querere auxilia principum vel militum hereticorum, Turcarum, aliorumque infidelium, quia si id faciant, Deum habebunt hostem, eumque vindicem sentient, uti sensit Josaphat, cujus naves confregit Deus, eo quod junctae essent navibus impii Ochozias regis Israel, cap. 20, 57.

Causam dat noster Sallianus anno mundi 3208, numer. 6: Nolebat, inquit, Dominus impios et infideles conjungi cum fidelibus. Itaque licet utrisque seorsim pro mirabili sua providentia, faveret, daretque victoriam, conjunctos tamen non raro percutit, viciosque reddidit. Erat Josaphat cum Achab, 5 Reg. 22, cum hic occisus est, et ille ingens alid vitae discrimen. Erat item cum Joram, cum exercitus sit penè enesit, tantum non Moxibitarum praeda facti sunt, 4 Reg. 5. Ochozias aderat Joram in Ramoth Galaad, cum Joram multis vulneribus à Syris affectus est, moxque rex uterque à Jehu interfectus est, 4 Regum 8, vers. 28. Ergo ne nunc quidem conjunctis se affuturum ait, imò cladem et interitum utrisque minatur, separatis autem victoriam dedit. Nam mox Amasias victor exiit contra Idumaeos, et Joas contra Ama-

nempe, si fides sit Judaeis, Amos pater [Isaia]. Sed nullo documento novimus, Amos Isaiae patrem viri Dei seu prophetae nomine vel munere fuisse insignitum, nedum convenisse Amasiam.

VERS. 8. — QUOD SI PUTAS IN ROBORE EXERCITUS BELLI CONSISTERE (1). Hebraeus ad litteram: *Si cò pergis, exere robur tuum in bellum; faciet*

siam, et Jeroboam contra Syros. Denique maluit Deus, et ex Deo Amasias rex perdere centum talenta argenti, imò ab Israelitis dimissis spoliari Judaeam, ut patet v. 13, quam eos in societate belli admittit. (Corn. à Lap.)

(1) *Que si vous vous imaginez que le succès de la guerre dépende de la force de l'armée, Dieu fera que vous serez vaincu par vos ennemis, etc.* Comme les rois et les peuples d'Israël s'étaient éloignés de Dieu, le Seigneur les avait abandonnés, et ne voulait pas que les rois et les peuples de Juda pour laquelle il envoie exprès un prophète à Amasias, roi de Juda, qui avait pris à sa solde cent mille hommes d'élite du royaume d'Israël, afin de lui dire de sa part qu'il se gardât bien de les faire marcher avec lui, parce que Dieu n'était point avec Israël, qui l'avait abandonné d'une manière si ingrate. Mais comme il paraît qu'Amasias mettait un peu trop sa confiance dans la multitude et le courage de ses troupes, le Seigneur lui fait dire encore qu'il serait vaincu par ses ennemis, s'il s'imaginait que la victoire dépendit de la force de son armée, et si l'assurance de cette vérité importante, que les uns ne vainquent, et les autres ne sont mis en fuite, que par un effet de sa volonté toute-puissante.

Soyons donc bien convaincus de ce que les saintes Écritures nous prêchent partout, que nous combatrons en vain, si Dieu ne combat lui-même avec nous; qu'il ne combattra point avec nous, tant que nous nous fierons volontairement à ses ennemis, et que nous aurons sujet de nous tenir assurés de la victoire, si nous la considérons comme l'effet, non de nos forces, mais de son secours. C'est pour cela qu'il ne veut pas qu'on s'attache à tous les biens temporels et même spirituels, sur lesquels on prétendrait s'appuyer, et qui pourraient affaiblir en quelque sorte la confiance qu'on doit avoir en lui seul: car c'est ce qu'il eut dessein de marquer alors par l'exemple d'Amasias, qui témoignait de la peine à renvoyer toutes ces troupes d'Israël, parce qu'il leur avait fait donner plus de quatre cent soixante mille livres pour les engager à son service; qu'il approuvait ses espérances sur cette somme si considérable qui les attachait à son parti, et qu'il regardait comme une perte pour lui de se priver du secours de cet argent: *Que deviendront donc, dit-il au prophète, les cent talents que j'ai donnés aux soldats d'Israël?* Mais le prophète confondit son peu de foi en lui en lui repiquant: *Le Seigneur a le pouvoir de vous en donner beaucoup davantage*, ce qui est de même que s'il lui eût dit: Vous regrettez un peu d'argent lorsqu'il s'agit de vous confier en celui qui est tout-puissant pour vous rendre le centuple de ce que vous aurez mérité pour lui obéir. (Sacy.)

(Dominus) *corrumpere hostem tuum ante te* Jungi possunt haec verba cum praecedentibus in haec sententiam: *Ne exercitus Israelis egrediatur tecum; non est enim Dominus cum Israel, si non ieris, fac, roborare ad bellum: Dominus faciet ruere inimicum tuum.*

VERS. 9. — *QUE DEDI MILITIBUS ISRAEL.* Reddi potest: *Que dedi pro manu Israelis.* Sythas, Juda et Arabs: *Quod est peccatum meum, quod commis: ob centum talenta, quae dedi Israelitis?*

VERS. 12. — *ADDUXERUNT AD PRERUPTUM CUDJUDAM PETRE.* Huic rupi deinceps in monumentum rei gestae nomen mansit *Jeceche*. Ex interpretibus quidam sermonem hic esse putant de Petra, Arabiae urbe. Vide dicta in 4 Reg. 14, 7.

VERS. 13. — *ILLE EXERCITUS, QUEM REMISERAT AMASIAS... DIFFUSUS EST IN CIVITATIBUS JUDA, A SAMARIA USQUE AD BETHORON.* Israelitarum copia, habita dimissione, redisse primum videntur Samaritanam, velut apud regem Joas injuriam sibi ab Amasias irrogatam conquesturae, reumque illum deceptae manubiarum spei postularurae. Regem verò Israelis rebus suis minime consulere paratum nacte, omnia invaserunt loca ditiosis regum Juda, à Samaria usque Bethoronem, laetique populatae sunt, cassis tribus millibus, ingentibusque spoliis relatis. Conjecturam hanc parit v. 10 cum praesenti collatus, situsque Samariae ac Bethoronem. Samaria, unde ad praedam egressi sunt, metropolis erat regni Israelitici; Bethoron, quò pervenerunt, jacebat in regno Juda, Hierosolymae proxima: Bethoronem inferiorem innui hic credimus. Urbs erat haec in sorte Ephraim, Josue 13, 14, sed cum à Salomone condita fuerit, 2 Paral. 13, 5, parasse in posterum regibus Juda merito reputamus. (1)

VERS. 16. — *NUM CONSILIARIUS REGIS ES?* Hebraeus ad litteram: *Numquid consiliarium regis dederunt tē?* Missi à Deo prophetae ob eam electionem auctoritatis aliquid praeferebant,

(1) *VERS. 13. — CUM ADORASTI DEOS. Auid Josephum plenius rem gestam enarrantem: (Quamobrem à propheta convensus est militari se dicente, si hos deo crederet qui cultoribus suis nihil opus afferre valuerint; ac neque eos ab Hebraeorum viros praestiterint, sed tantquam ad se non perducemes e caedi, et captivos trahi passi sint, Quis et ipsos belli jure abductos inter reliquias caeterorum turbam, Hierosolymam pervenisse, et haec tibi verbis ad jam percutis, jussit illum, si negotiis alienis miscere se pergeret. Tum ille, se quidem quieturum dixit, Deum tamen utiorem hujusmodi novitatis non esse defore.) (Corn. à Lap.)*



veluti jure suo consilia regibus dare possent. quod munus erat illis inter præcipua commissum. Nimis leviter rapi se in furorem et minas Amasias sinit. Idem erat facile propheta, cujus monita prius adiverat ac secutus fuerat in expeditione Idumææ. Sed victoria superbum regem obeæcaverat, et animo ac mente corruerat.

SCIO QUOD COGITAVERT DEUS OCCIDERE TE. Perit quidem violentâ morte Amasias, at sexdecim annis ab hoc oraculo.

VERS. 17. — VENI, VIDEAMUS NOS MUTUO. Insuperans victoriâ de Idumæis Amasias, bellum Joas regi Israelis indicit. Reum facillè illum agebat vastationis ab ejus subditis in urbes suas et in dittonem Juda illatis. *Videte se*, sonat hic, manus conserere. Vide nostrum commentarium in 4 Regum 14, S. (1)

(1) VERS. 18. — CARDUS LIBANI, quia fortè fortuna præterentis incautè victoris pedem læserat, atque unam alteramve sanguinis guttam extorserat, quasi re maximâ gestâ insolens, et aliis longè præcelioribus parem se, ino fortiosem ratus, legatione missâ ad primam et celsissimam omnium arborum cedrum, expetit non rogando, sed imperando *filiam illius filio suo uxorem*: et quidem primum in eâ alinitate locum sibi deposcit, sicut maritus in nuptiali federe superior est uxore. Verum impudentiâ istâ cardini offensæ *bestiæ* quæ ad umbram cedri stabulari consueverat, a carduo verò nihil unquam utilitatis, vel acceperant, vel sperabant, ut cedro factam injuriam vindicarent, spinosam et vilem plantam pedibus ita protriverunt, ut deinceps neque virere, neque sursum attollere se posset. Latini brevius, ut talem notent disparem congressum, dicunt leonem ab hinnulo, equum à testu-

## CAPUT XXVI.

1. Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam, annorum sedecim, constituit regem pro Amasiâ patre suo.

2. Ipse ædificavit Ailath, et restituit eam dittoni Juda, postquam dormivit rex cum patribus suis.

3. Sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Jehelîa de Jerusalem.

4. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat Amasias pater ejus.

5. Et exquisivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis et videntis Deum: cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus.

6. Denique egressus est, et pugnavit

VERS. 20. — NOLUIT AUDIRE AMASIAS, EO QUOD DOMINI ESSET VOLUNTAS, UT TRADERETUR IN MANUS HOSTIUM. Deus suis illum consiliis permisit, nec ejus tenebras dissipavit superno illo lumine, quo saniora ostendisset. *Quos Jupiter vult perdere, iis mentem adimit*, ait Homerus.

VERS. 24. — APUD (POSTEROS) OBEDEBON, CURÆ ILLORUM COMMISSI ERANT THESAURI TEMPLI, 1 Paral. 26, 15.

FILIOS OBSIDUM REDUXIT IN SAMARIAM. Quid sint *filii obsidum*, dissidium est sententiarum. Alii meros et simplices obsides designari credunt, quemadmodum *filius hominis, filius iniquitatis, filius mortis*, est homo, peccator, reus. Malunt alii, optimates quamplures ab Joas rege Israelis ductos fuisse captivos, quos Hierosolymam deductos abire permisit, acceptis eorum loco filiis in obsides. Alii denique malunt, plures Israelitarum adolescentulos, quos Judæ rex Hierosolymis habebat, obsidum et pignoris loco, ne quid adversus se deinceps rex Israelis moveret, ab eodem Israelis rege, ut primum Hierosolymam invasit, receptos fuisse, ac Samaritanos deductos. Hæc tamen omnia meras et simplices conjecturas non superant.

VERS. 28. — IN CIVITATE DAVID. Hebr. : *In civitate Juda*; Hierosolymis, urbe imperii Juda metropoli. Septuaginta, Syrus, et Arabs lectionem Vulgatæ fulciunt : *In civitate David*.

dine, aquilam à scarabeo, Iusciniam à picâ provocari ad pugnam, ad cursum, ad volatum, ad cantum. Porro proverbium hoc Amasias magno suo damno et probro verissimum esse et sensit, et toti orbi testatum fecit. (Tirinus.)

## CHAPITRE XXVI.

1. Tout le peuple de Juda prit Ozias, âgé de seize ans, et l'établit roi en la place d'Amasias, son père.

2. C'est lui qui bâtit Ailath, et la réunit sous l'empire de Juda, après que le roi se fut endormi avec ses pères.

3. Ozias avait seize ans quand il commença de régner, et il en régna cinquante-deux dans Jérusalem; sa mère était de Jérusalem, et s'appelaît Jéhelîe.

4. Il fit ce qui était droit aux yeux du Seigneur, selon tout ce qu'avait fait Amasias, son père.

5. Il chercha le Seigneur tant que vécut Zacharie, intelligent, voyant de Dieu; et parce qu'il cherchait le Seigneur, le Seigneur le conduisit en toutes choses.

6. Enfin il se mit en campagne pour com-

contra Philistiim, et destruxit murum Geth, et murum Jabniæ, murumque Azoti; ædificavit quoque oppida in Azoto, et in Philistiim.

7. Et advit cum Deus contra Philistiim, et contra Arabes, qui habitabant in Gurbaal, et contra Ammonites.

8. Appendebantque Ammonitæ munera Ozia: et divulgatum est nomen ejus usque ad introitum Ægypti propter crebras victorias.

9. Ædificavitque Ozias turres in Jerusalem super portam Anguli, et super portam Vallis, et reliquis in eodem muri lateri, firmavitque eas.

10. Extruxit etiam turres in solitudine, et effodit cisternas plurimas, eò quòd haberet multa pecora, tam in campestribus, quàm in eremi vastitate; vineas quoque habuit et vitiores in montibus, et in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus.

11. Fuit autem exercitus bellatorum ejus, qui procedebat ad prælia, sub manu Jehiel scribæ, Maasiæque doctoris, et sub manu Hananiæ, qui erat de ducibus regis.

12. Omnique numerus principum per familias virorum fortium, duorum millium sexcentorum.

13. Et sub eis universus exercitus, trecentorum et septem millium quingentorum, qui erant apti ad bella, et pro rege contra adversarios dimicabant.

14. Præparavit quoque eis Ozias, id est, cuncto exercitui, clypeos, et hastas, et galeas, et loricas, arcusque et fundas ad jaciendos lapides.

15. Et fecit in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit, et in angulis murorum, ut mitterent sagittas, et saxa grandia; egressumque est nomen ejus procul, eò quòd auxiliaretur ei Dominus, et corroborasset illum.

16. Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglectum Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis.

battere les Philistins: il ruina les murs de Geth, de Jabnie et d'Azot, et il bâtit des places fortes dans Azot et dans les terres des Philistins.

7. Et Dieu le soutint contre les Philistins et contre les Arabes qui demeuraient dans Gurbaal, et contre les Ammonites.

8. Les Ammonites faisaient des présents à Ozias; et sa réputation se répandit jusqu'à l'entrée de l'Égypte, à cause de ses fréquentes victoires.

9. Ozias éleva aussi des tours à Jérusalem sur la porte de l'Angle, et sur la porte de la Vallée, et d'autres encore dans le même côté de la muraille, et il fortifia ces tours.

